



00  
A  
101

D 3





Freiherr v. Ende-Sitzjesnitz.

Just  
A  
A  
A  
L  
P  
P  
A  
A  
H  
A  
H  
d.

off  
Mag  
An  
Br



**A.**

Iustas Anglorum in Galliam preten-  
siones . . . . . 7.

Aeterna vita ex ratione gentiumque  
consensu . . . . . 8.

Aetuum moralium norma . . . . . 9.

Aestimator et cultor humanioris  
litteraturae Lutherus . . . . . 15.

Paradigma Politici in T. Pompon. Attico.  
Priscis Romanorum Aedilibus . . . . . 17.  
34.

Antiquitas Martyrologica . . . . . 38.

Athanasii Exilius . . . . . 39.

Astronomorum hypothesebus . . . . . 41.

Amore Dei . . . . . 47.

Habitu corporis humani adfectiones  
morales . . . . . 50.

d. Accentibus s. distinctionibus He-  
braeorum Prosais . . . . . 56.

**B.**

officio Principis circa bellum suscipi-  
endum . . . . . 7.

Magis Bethlehemi profetis stella duce  
de . . . . . 13.

An Bruta sentiant . . . . . 14.

Brutorum religione . . . . . 24.

d. imaginibus Veterum in Bibliothecis et  
alibi positis . . . . . 19.

Belli et pacis iustitia in regno Por-  
tugalliae fundata . . . . . 26.

Barbarorum populorum praecultioni-  
bus prerogativa . . . . . 40.

Burdigalensi rebellionem . . . . . 57.

**C.**

d. Causis fabularum cum origine genti-  
um . . . . . 6.

Comparatio obligatum, quae ex diversis  
hominum statibus oriuntur . . . . . 11.

Cultor et estimator humanioris litte-  
rae Lutherus . . . . . 15.

Prudentiae civilis capitibus Principis . . . . . 25.

Cometarum natura . . . . . 31.

R. des Cartes Metaphysica divina . . . . . 35.

R. des Cartes Utopia Spirituum . . . . . 36.

Populorum barbarorum praecultioni-  
bus prerogativa . . . . . 40.

Quid cognosci possit de statu mentis post  
mortem ex lumine naturali . . . . . 45.

Cardinalibus virtutibus . . . . . 48.

Cardinalibus vitis . . . . . 49.

Corporis humani habitu ad actio-  
nes morales . . . . . 50.

de Comwello vaticinio Vsserii . . . . . 52.

Summa capita iuris Nat. ac

Gentium in officiis humanis... 59.

Emphasibus scripturae . . . . . 42.  
d. Ευκαίρια s. Tempestivitate. 53.

**D**  
Modis decernendi successorem in regnis . . . . . 1.  
Dei p[ro]videntia ab rebus necessitatem inferat . . . . . 3.  
Duca Neka profectis magis ex oriente Bethlehennum . . . . . 13.  
Divina Metaphysica R. des Cartes . . . 35.  
Dei amore . . . . . 47.  
d. Distinctionibus Hebraeor. Prosais . . . 56.

**F**  
Fabularum c[um] gentium origines causas d. Figuris planis Isoperimetris regularibus . . . . . 30.  
Fatalibus Impo. et Monarchiarum periodis . . . . . 58

**F**  
Scintilla Neronis in Ecclesiam . . . . . 16.  
Eloquentia . . . . . 23.  
Edicta Juliani contra Philos. Christianos . . . 28.  
d. Ente . . . . . 35.  
Exsiliis Athanasii . . . . . 39.

**G**  
Gallia R. p[ar]te in Lotharingiam . . . . . 5.  
c[um] Gentium origines fabularum d[omi]ni b[ea]ti in Galliam iuxta Anglorum p[ro]p[ri]etates . . . 7.

Juris  
H  
Hist  
Hon  
Ex H  
Hum  
Hissor  
Hyp  
Hon  
vtr  
Hab  
Hun  
Heb  
J. N



42.  
53.

Juris Nat. et Gentium Summa capi-  
ta in officiis humanis... 59.

10.  
6.  
30.  
8

Historia sine Parente . . . . . 6.  
Hominiū Temperamentis . . . . . 10.  
Ex Hominiū Statibz diversis obligationū  
orientium comparatio . . . . . 11.  
Humanioris litteraturae cultor et  
estimator Lutherus . . . . . 15.  
Historia Portugalliae . . . . . 26.  
Hypothesibus Astronomorum . . . . . 41.  
Hominum multiplicatione secundum  
vtramq; essentiae partem . . . . . 43.  
Habitu humani corporis ad actio-  
nes morales . . . . . 50.  
Humana mente . . . . . 55.  
Hebraeorū distinctionibz Prosais 56.  
J. Nat. et Gent. Summa capita in  
officiis humanis . . . . . 59.

cy

Jure R. Galliae in Lotharingia . . . 5.  
Imaginibz veterum in bibliothecis  
vel alibi positis . . . . . 19.  
Imperii expertis religio . . . . . 21.  
Inconsulta vocis moderamine . 22.  
Justitia belli et pacis in regno Portu-  
galliae fundata . . . . . 26.  
Juliani edictum q̄ Christianos Philosophos 28  
d. figuris planis Isoperimetris regu-  
laribus . . . . . 30.  
Imbecillitate luminis naturalis in de-  
monstrando statu mentis post mortem 32  
Juliana periodo . . . . . 51.  
Imp. et Monarchiarum fatalibz  
periodis . . . . . 58.  
Juris Nat. et Gent. Summa capita  
in officiis humanis . . . . . 59.

5.  
6.  
7.



Quid de statu mentis post mortem ex lumine naturali cognosci possit. 45.

**M**

Modis decernendi successorem in regnis . . . . .	1.
Moralium actuum norma . . . . .	9.
Magis ex Oriente stella duæ Bethlehemiæ profectis . . . . .	13.
Moderamine inconsulta vocis . . . . .	27.
Miscellæ theses ex Philosophia . . . . .	27.
Mathematicarum proposit. selectarum decas . . . . .	29.
Luminis nat. imbecillitas in demonstr. statu mentis post mortem . . . . .	32.
Metaphysica divina R. des Cartes . . . . .	35.
Martyrologica Antiquitas . . . . .	38.
Multiplicatione hominum secundum partem essentiae . . . . .	43.
Quid de statu mentis post mortem ex lumine natur. cognosci possit? . . . . .	45.
Habitu corporis humani ad actiones morales . . . . .	50.
Mente humana . . . . .	55.
Monarchiarum et Imp. fatalibus periodis . . . . .	58.

**L**

Jus R. Gallie in Lotaringiam . . . . .	5.
Lutherus litteraturæ humanioris cultor et estimator . . . . .	15.
Luminis naturalis imbecillitas in demonstr. statu mentis post mortem . . . . .	32.
Legis natur. primo principio . . . . .	44.

An  
d. X  
Nor  
Ner  
Nat  
Nat  
Ara  
Nat  
Quid  
lum  
Nat  
Offic  
caus

ex  
t. 45.

m  
1.  
9.  
13.  
27.  
27.  
4a.  
29.  
mstr.  
32.  
35.  
38.  
um.  
43.  
lu.  
45.  
io.  
0.  
5.  
8.

**N**  
 An Necessitatem rebus inferat Dei  
 Præscientia? ... 3.  
 d. Namurco urbe. ... 4.  
 Norma actuum moralium ... 9.  
 Neronis (Claudii in reimp. et ecclesiam  
 - Severitia. ... 16.  
 Natura Cometarum ... 31.  
 Naturalis luminis imbecillitas in demon.  
 Strando statu mentis post mortem. ... 32.  
 Naturalis Legis primo Principio. ... 44.  
 Quid de statu mentis post mortem ex  
 lumine Natur. cognosci possit? 45.  
 Nat. juris ac gentium summa capita  
 in officiis humanis. ... 59.

**O**  
 officio Principis cū bellu suscipiendū. 2  
 Causæ exō Origines gentium ... 6.  
 fabularum.

Obligationum ex diversis hominum sta-  
 tibus orientium comparatio ... 11.  
 Oriens in Occidente. ... 37.  
 In officiis humanis summa iuris  
 nat. et gentium capita. 59.

**P**  
 Principis officio cū bellu suscipiendū. 2  
 Præscientia Dei an rebus inferat ne-  
 cessitatem. ... 3.  
 Sine Parente historia. ... 6.  
 Præensiones iusta Anglorū in Galliam  
 Preparatione ad Sapientiam. 12.  
 d. præfectis magis ex oriente Bethlehe-  
 mum stella duce. ... 13.  
 Paradigma politici in J. Pompon. Attico. 17.  
 Præcipuis prudentia Civ. capitibg. 25.  
 Portugallia Historia. ... 26.  
 Propositionū Mathematicar. Selectarū  
 decas. ... 29.  
 Planis figuris isoperimetris regularibg. 30.  
 Priscis Romanorum doctibus. ... 34.  
 Prærogative Populorū barbarorum  
 præ cultioribus. ... 40.  
 Primo Principio L. Naturalis. 44.

d. Præiudiciis - - - - - 46.  
 d. Periodo Iuliana - - - - - 31.  
 Profanis Hebræor. distinctionibus... 56.  
 Periodis fatalibus Imp. et Monarchi-  
 arum - - - - - 58

varius modis <sup>R.</sup> deternendi successu-  
 forem in regnis - - - - - 1.  
 Neronis in romp. et Ecclesia sevitia. 16.  
 Recitatione et Retractatione Veterum. 18  
 Religio expers imperii - - - - - 21.  
 Religione brutorum - - - - - 24.  
 Regularibus figuris planis isoperimetris. 30.  
 Romanorum prisca editibus. . . . 34.  
 Rebellionem Burdigalensi. . . . 57.

L.

var  
 ce  
 ex  
 orie  
 ad  
 d. m  
 an  
 Sav  
 d. Se  
 Imbe  
 Stat  
 Spin  
 Sen  
 Quid





es.  
1.  
tia. 16.  
nū. 18  
21.  
24.  
s. 30.  
34.  
57.

varij modis Suecifforem de-  
cernendi in regnis . . . . . 1.  
ex diversis hominum Statuum  
orientium obligationū comparatio  
ad Sapiantiam preparatione . . . 11.  
d. magis ex oriente Stella duce Bess  
lehemum profectis . . . . . 13.  
an Sentiant bruta . . . . . 14.  
Savitia Neronis Claudii in temp.  
et Ecclesiam . . . . . 16.  
d. Secesibus Veterum . . . . . 20.  
Imbecillitas luminis nat. in demonstr.  
Statu mentis post mortem . . . 32.  
Spirituum Utopian R. des Cartes . . 36.  
Scripturae emphasibus . . . . . 42.  
Quid de statu mentis post mortem ex  
lumine natur. cognosci possit. 45

Temperamentis hominum . . 10.  
Theses Miscellae e Philosophia . . 27.  
d. Tempestivitate . . . . . 53.



U. V.

Variis modis decernendi successorem in regnis . . . . .	1.
De Urbe Namureo . . . . .	4.
Vita aeterna ex ratione gentiumque consensu . . . . .	8.
Veterum recitatione et retractione . . . . .	18.
Veterum imaginibus in bibliothecis vel alibi positis . . . . .	19.
Veterum secessibus . . . . .	20.
Vocis inconsulta moderamine . . . . .	22.
Vopian spirituum s. de Cartes . . . . .	36.
Virtutibus Cardinalibus . . . . .	48.
Vitiis Cardinalibus . . . . .	49.
Vserii Vaticiniu de Comwello . . . . .	52.



107. 81 30.  
DISPVAT. III. METAPH.

De

# ENTE

*Rectore Magnificentissimo*

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DN. FRIDERICO VVILHELMO  
ELECTORAT. BRAND. HEREDE  
&c. &c. &c.

ventilabunt

PRAESES

M. IO. PETR. LVDOVICVS,

HALENSIS SVEVUS

C. P. CAES. ET PHIL. ADJVNCT.

*ET RESPONDENS*

IOHANNES VOGEL,

WALDENBURGENSIS MISN.

---

Ad d. ix. Mart. cio io vcc. Horis postmeridian.  
i. ad iv.




HALAE MAGDEBURGICAE, TYPIS OELSCHLEGELIANIS.

128

1577





De  
**ENTE.**  
**ENS EST, QVOD IN SE ET** DESCRIP-  
PTIO.  
PER SE HABET ESSENTIAM  
REALEM ET POSITIVAM.

*Explicatio.*

**I**Nauditum hoc olim in Latio Etymologia.  
verbum erat, ad Graeci tamen vocabuli sen-  
sum effectum post, ac ita nunc usu mollium, ut  
cum primis ac antiquissimis Romulidarum vocibus,  
si crebritatem eius in sermone spectes, certare pos-  
se videatur. Durior tamen QVINTILIANI aetate,  
qui altero P. CH. N. seculo floruit, a quibusdam  
habebatur, quod vero ei occasio fuit, in rigidos e-  
iusmodi ac superstitiosos vocabulorum censores,  
*lib. VIII. Institut. Orat. c. 3. p. m. 358. sic invehendi:*  
*Multa ex Graeco formata nova, ac plurima a Sergio Fla-*  
*cio, quorum dura quaedam admodum videntur, ut ENS*  
*& ESSENTIA: Quae cur tantopere aspernemur nihil*  
*video, nisi quod iniqui iudices adversus nos sumus, ideo-*  
*que paupertate sermonis laboramus.* Et sane fictori eius,  
quisquis etiam ille credatur, gravissima causa fuit,  
talem nobis vocē fabricare, qua nemo, Philosopho-  
rum minimum, alios enim taceo, facile carere  
queat. Ut vero ENS a verbo *sum* derivatur; sic aliter

*participialiter* quod *Enti actuali* maxime competit, aliter *nominaliter*, uti ens etiam *potentiale* includit, accipitur.

Homonymia.

Ens sumitur pro Deo solum.

Ens reale rationis.

rationis  
ratiocinatae  
ratiocinantis.

§. II. Sed ut ingens eius vocabuli varietas, ac ratio disparilis est, sic omnis in principio ambiguitas tollenda, ut constet postea, quo de in praesens futura sit disputatio. PLATONICOS equidem *Entis* vocabulo *summum* in primis *Numen* expressisse, quod solum Deum proprie *esse* crediderint, apud GRAVIUM *lib. III. de Philosoph. Veter. c. 14.* explicatum invenies. Quod uti non improbamus, cum ipse Deus EXODI *c. III. v. 14.* hoc sibi nomen imposuisse videatur, Mofi in mandatis dando, ut Israelitis, unde veniret, quaerentibus, ita responderet: *Ens* (aut ille qui est,) *misit ad me Vos*; atque agonizantem Philosophum exclamasse: *Ens Entium miserere mei*, vetus traditio sit: ita tamen hic loci attendere hoc ipsum nobis opus non est, qui latius vocabuli ampliavimus significatum. Id magis curandum, ne illi, qui *ENS latius* adhibent, nobis imponant. Multiplicem igitur huius verbi potestatem tradituri, dicimus. §. I. *ENS est vel reale.* quod datur et si non cogitetur. ut; Deus, homo, equus, lapis: vel *rationis*, quod non datur, si non cogitetur. ut reformatis purgatorium, mendico divitiae, mons aureus. §. 2. *ENS RATIONIS* vel est *rationis ratiocinantis.* quod, quare cogitemus, nulla sufficienti causa movemur. ut; mons aureus, purgatorium, chimaera: vel *rationis ratiocinatae*, quod quare cogitemus sufficienti causa movemur. ut; aequator, meridianus, tropicus in globis, quo omnes secundae notiones pertinent, in Grammatica declinatio, coniuga-

iugatio, &c. in Logica, genus, species &c. in Rhe-  
 torica tropus, figura &c. §. 3. Vbi tamen notandum *rationis*  
 ENS RATIONIS vel sumi *intransitive*, quomodo *intransitive*  
 ipsa ratio, intellectus, voluntas sunt entia rationis,  
 vel *subiective*, quod in mente ceu subiecto residet. *subiective*  
 ut; habitus omnis, Physica &c. vel OBJECTIVE &  
 hoc vel *obiective realiter*, quatenus etiam, lapis, coe- *obiective*  
 lum, homo &c. in animo sunt, quae tamen sunt en- *et*  
 tia realia: vel *obiective absolute*, quod solum est ens *vel realiter*  
 rationis, proprie sic dictum, reliqua enim ad entia *vel absolute*  
 realia pertinere iam dixi §. 4. ENS est vel po- *Ens positivum*  
*sitivum* quod ponit essentiam aliquam, ut De-  
 us, angelus, homo, lapis &c. vel *negativum*, *negativum*.  
 quod negat essentiam non inesse debitam. ut coeci-  
 tas aut non visio in lapide, indocilitas in asino. vel *privativum*  
*privativum*, quod essentiam negat in esse debitam. v. g.  
 coecitas, surditas, claudicatio in homine. Idque vel  
 PRIVATIVUM *simplex*, quod negat simpliciter nihil  
 ponit. vt; coecitas, indocilitas in homine, vel *mixtum*,  
 quod negat & ponit: vt peccatum, quod prae-  
 ter negationem iustitiae etiam vitiosam infert qua-  
 litatem, item morbus &c. §. 5. ENS porro vel est *actuale* *Ens*  
*actuale* quod actu existit. ut; Deus, homo. vel *potentiale* *actuale*  
 quod potentialiter existit, h. e. in causis latet. ut *potentiale*.  
 mundus ante sex mille annos, rosa in hieme, Anti-  
 christus tempore Iohannis. 6. ENS est vel *possibile* *Ens possibile*  
 quod, licet non sit, esse tamen potest, aut debet. ut, *impossibile*.  
 dies extremus, rosa in hieme, vel *impossibile* idque  
 vel ratione *sui esse*, quod absolute impossibile est ut  
 opposita, atramentum album, Deus creatus, spiri-  
 tus corporis. vel ratione *sui fieri* s. quod secundum  
 quid impossibile est v. g. virginem parere, ferrum

innatare. 7) ENS aliud est *per se*, quod est unius essentiae. ut; Deus, homo, lapis. vel per *accidens* quod est plurium essentiarum accidentaliter unitarum. ut; aqua dulcis, amara. Fit vero ista UNIO vel per *concretionem*, quod concrefcit ex substantia & accidente, vel per *aggregationem*, quod ex pluribus substantiis aggregatur. ut respublica, ecclesia, coetus. vel per *consociationem*. ut; vinum adulterinum, duo asseres.

*Ens complexum* 8. ENS est vel *complexum*, quod plures conceptus infert. ut eruditus homo. vel *incomplexum* quod unicum infert. ut homo. vtrumque est vel *complexum terminitantum*. ut; gentium doctor, pro Paulo. Romanae eloquentiae flumen, pro Tullio: vel *rei tantum*, ut, iustus sc. homo: vel rei & termini simul; iustus homo. Pari modo *in complexum* est vel *terminitantum*, ut iustus vel *rei tantum*, ut Trojani belli scriptor

*Ens modale intentionale* pro Homero: vel rei & termini simul. ut homo. 9. ENS vel est *modale* ut manus compressio, dependentia vel *intentionale*. ut imago hominis in speculo, lumen. Quae entia nec penitus *realia* sunt, qualia homo, Deus: non tamen propterea *rationalia*, quia praeter mentis operationem existunt. quo de infra. haec de homonymia.

*Synonyma.* §. III. Sequitur ut etiam synonyma *entis* evolvamur Grammatica. Vocatur vero ENS & latinus forte aliis *RES* quae vox cum toties ac ipsum ens atq; eodē plane modo variet nō est quod crambem recoquamus. Specialia quaedam sunt, quae eius cognata *Realiter*, *Realitas* &c. habent. Sumitur enim *realiter* vel in oppositione a) ad *virtuale* sic dicimus. Christus est omnipraesens non virtualiter sed realiter. b) ad *intentionale* sic imago in spe-



speculo non est realiter, sed intentionaliter c) ad *Ideale*. Sic mundus ab aeterno fuit idealiter, in mente sc. Dei, non realiter; sic dies extremus a fidei creditur. d) ad *verbale* sic Magistratus sunt Dii non realiter sed verbaliter. e) ad *essentiale*, ita sal unitur cum aqua realiter, non essentialiter. II. **ALIQUID** *Aliquid.* eiusdem cum *Ente* valoris est. quoties enim hoc significatum mutat, toties etiam illud eundem variat. Eius igitur expositio ex prioribus petenda.

§. IV. Nomine igitur misso, descriptionem *Generis loco* ipsam aggredimur. Cum autem omnis definitio, *eo quid.* descriptio etiam, si non *genus* accuratum, saltem *communius* quoddam definito requirere videatur: tale quid hic nec expectari, nec afferri potest. cum ente latius nihil, ipsum vero in conceptu *reali* communissimum ac universalissimum sit. In *conceptu reali* addo, in *rationali* enim *intelligibile* latius esse vero ente **TIMPLERO** *lib. I. c. 3. §. 3. Metaph.* facile largimur, quod tamen an generis loco stare possit, ut ipse existimat, hoc est, quod constanter negamus. Ratio, quia requireretur sic in Ente aliquid, quod non est intelligibile. quemadmodum in homine, datur, quod non in animali, eius *genere* reperitur. Id quod alia inter contra eundem etiam **SCHEIBLERVS** urget, *lib. I. Metaph. c. 2. tit. 2.*

§. V. Dum pergimus in descriptione **ENTIS**; *quod habet essentiam; habere nobis non tantum* *differentiae loco.* innuit, ac si realis inter *Ens habens, & habitam essentiam* differentia interveniret. Ita enim & Deum, qui his compositus esset, in Metaphysica fingere-  
mus. (quod sibi dubium, at frustra facere **Jacob MARTINI** *lib. I. c. 2. q. 5. videtur*) Sed vocabulum  
ba-

Essentia.

habere, quod hic necessitas expressit, nihil aliud significat, quam mente sic concipi. quapropter *concretum Logicum* haec phrasis audit, quod a *Physico concreto*, ubi realis compositio est, multum differt. Est vero hic loci *ESSENTIA id, per quod quodlibet & est, & id est, quod est.* Duo igitur in essentia, sic sumta, requiruntur. 1) ut *sit h. e. existat.* quod alii *existentiam* dicunt, eamque ab essentia distinguunt, 2) *ut id sit, quod est.* hoc est, ut faciat, quo tale quid & nō aliud sit. Reliqua, quae in descriptione addidimus ad tollendam supra datam, entis aequivocationem pertinent. *In se* enim diximus; ut excluderemus ens, quod est in *esse cognito.* *ly per se, entia per accidens, complexa &c.* hic non attendi, docet. *realem essentiam* volumus, ut rejicerentur entia *rationis: positiva, ut privativa* entia removerentur. Nec obstat, quod *Subtiliss. D. DONATI, c. II. §. 67. Metaph. Usualis* opponit; hoc discrimen in ipsa *Metaphysicae tractatione* vix attendi. quando enim talia entia, quae hic exclusimus in *Metaphysica tractantur* id fit vel 1) *per accidens.* uti *Logica* agit de *Sophismate* vel 2) *reductive*, hoc est, sub ratione veri entis. quemadmodum aequivoca &c. ad praedicamenta reducuntur. Id quod inter alios etiam *EBELIVS* monet *Disp. XX. de Ente Rationis. §. 1.*

Cognata  
Entis.

§. VI. His praemisfis quaedam cognata entis evolvere vtile, & ad axiomata inferius ponenda, explicanda ac dijudicanda necessarium est. Cum autem de *Re* atque *essentia* superius dixerim, nunc quid *Entitas, Esse, Existentia, Forma, Natura, Quidditas*, sit exponendum est. Quae cum non ubique *Enti* ipsi respondeant, neque ad eius *Synonyma Gram-*  
ma-

*matica* penitus potuere referri. Sic *Entitas* est, quae di- *Entitas.*  
minutam essendi rationem notat, & minus quid  
ipso *Ente*. ita enim unitas, veritas, bonitas, de-  
pendentia, iustitia in Deo, sanctitas, reliquaque en-  
tis attributa *Entitates* sunt, sed non *entia*. alias in  
infinitum daretur progressus. si scilicet, v. g. *unitas*  
esset *ens*, hoc esset *unum*, ex quo denuo novum  
*ens*, & ex ente *unitas* & sic infinitum unum ex alio  
gigneretur. I. ESSE vel sumitur cum *addito*, & ni- *Esse.*  
hil aliud est, quam *componi* & *unum fieri*. v. g. homo  
est sapiens, ignis est calidus, quemadmodum *non*  
*esse* est *non componi* sed *plura esse*. v. g. homo non est  
est lapis. Ubi vero probe cum Accuratissimo  
P. MUSAEO (c. 2. §. 3. *Institut. Metaph.*) notandum,  
*Aristotelem lib. IV. Metaphysic. c. 2.* sui penitus oblitum;  
quando ex *esse* & *ens esse* talia synonyma fecit, ut ubi-  
cunque *esse* reperiatur, ibi & *ens*. Sane dicimus;  
*Non Ens esse* oppositum Entis. quod si igitur ab *esse*  
ad *ens esse* consecutio valet, ex *non ente* fieret *ens*.  
quod absurdum. Ergo corrigendus PHILOSOPHVS  
ex *Lib. de Interpret. c. II.* est, ubi ipse ait; *ab esse cum ad-*  
*dito, ad esse simpliciter nihil sequi*. v. g. non procedit;  
*nihil est nihil, ergo est*. Atq; sic ESSE II) sumitur *simpli-*  
*citer*. v. g. Deus est, homo est. ab hoc igitur solum  
ad *Ens esse V. C.* *Existere* nihil aliud est, quam *actu, Existere.*  
seu *extra causas* esse. vt; Deus, lapis &c. In causis  
enim sunt, quae in potentia sunt. ut; dies extremus.  
hinc dicitur; *existentia sequitur essentiam*. Sic ne-  
mo erudiri potest quod sit *Metaphysica*, nisi prius  
quid sit cognoverit. *Natura & Quiditas* latius ite- *Natura.*  
rum vero *ente* patent. sic dicimus nos agere velle  
de *natura nonentis, privationis* &c. Item Entis in  
B po-

potentia; quiditatem in non repugnantia confitere.

*Horum Con-  
iugata.*

§. VI. Tandem horum vocabulorum coniugata evolvi merentur. Ita ESSENTIALE dicitur, quod alicui per essentiam tribuitur. Idque vel *constitutive*; si est vel ipsa essentia vel de essentia. ut ratio in homine: vel *consecutive*, si essentiam necessario sequitur, ut risibile esse in homine: vel *definitive*, sine quo res definiri nequeunt. ut sine obiecto definiri nequit Metaphysica, nec aliae queunt disciplinae: vel, quod idem est, *secundum quid ac respective*, quod in conceptu rei quomodocunque consideratione includitur. ut eruditio in homine docto, in homine in statu integritatis iustitia originalis. Ex quo etiam intelligi potest, quid sit esse *de essentia* alterius.

*Naturale.*

hoc enim tot modis, quot illud accipitur. *Naturale* sumitur I. ABSOLVTE, estque vel naturale *constitutive* v. g. immaterialitas in spiritu vel *consecutive* v. g. latrabilitas in cane vel *subiective*, & *perfective* ut eruditio in homine vel *transitive* ut rudera imaginis divinae. vel *originative* ut averfatio vini, casei &c. in quibusd. II. COMPARATE in oppositione vel ad *violentum*. ut motus in trunco, vel ad *voluntarium*. sic homo crescit naturaliter, discit voluntarie vel ad *fortuitum*. ita homo naturaliter duobus, tribus pedibus nascitur fortuito. vel *artificiali*. ita rosa in vere naturaliter, artificialiter in hieme servatur. Praeter hoc etiam notandum est, aliud esse, *a natura*: ut cupiditas sciendi in homine, item in eodem notitia Dei naturalis, peccatum post lapsum. aliud *secundum naturam* ut lapis gravis, *praeter naturam* aliud. ut corpus grave in altum trudatur, aliud *supra naturam* & a solo fit agente superiori. v. g. ut sol olim staret.  
tan-

tandē etiam aliud *contra naturā* ut homo irrationalis.  
 FORMALE, & formalis ratio notat rei *essentiam* idque *Formale.*  
 vel *totam*, ut hominis formalis ratio hoc respectu est  
 animal rationale. vel *differentiam specificam* praecise.  
 ita hominis formalis ratio eius est rationalitas, uni-  
 tatis indivisibilitas. Deinde *formale* opponitur 1) *ly*  
*eminenter*. ita sapientia & aliae perfectiones in  
 homine sunt formaliter, tanquam accidentia,  
 quae non cadunt. in Deum nisi *eminenter* 2.  
*ly accidentaliter*, ubi idem ac essentialiter ut homo  
 formaliter est rationalis accidentaliter doctus.  
 3. *ly virtualiter*. sic sol formaliter in cælo vir-  
 tualiter est in terra. 4) *ly materialiter*. sic Metaphysi-  
 ca cum Logica idem habet obiectum materiale, di-  
 versum vero formale. ita attributa etiam entis for-  
 maliter differunt, conveniunt materialiter. 5) *for-*  
*mae ipsi*. Sic *forma* hominis Metaphysica est huma-  
 nitas. *formalitates* sunt corporalitas, animalitas,  
 substantialitas. Huc axioma pertinet: *in una re u-*  
*na tantum est forma, sed plures formalitates.*

§. VII. Restat, ut ultimo loco etiam de vārio, *Conceptus*  
 entis *conceptu* dicamus. In multas equidem ac di- *Entis.*  
 versas hic partes eunt Philosophi. In quarum va-  
 rietates SVARETIVS prae aliis inquisivit, qui *Disp. II.*  
*Metaphys. Sect. I.* & ceteris omnium haec prolixissi-  
 me prosequitur. Sed haec repetere, nostri institu-  
 ti non est. Breviter: CONCEPTVS ENTIS vel est *obie-* *obiectivus.*  
*ctivus*, qui nihil aliud, quam illa res, quæ intellectui  
 concipienda objicitur. vel *formalis*, qui est actus, quo  
 intellectus rem aliquam concipit. *formalis* audit, *Formalis.*  
 quia est forma mentis, & rem formaliter menti fi-  
 fit. exemplo res fiet illustrior. v. g. cum hominem  
 concipimus, ille *actus*, quem in mente efficimus con-



cipiendo hominem, vocatur conceptus formalis; homo autem cognitus & *repraesentatus* illo actu dicitur conceptus obiectivus. Quod ut nunc ad *Ens* clarius applicetur, notandum: *Ens* quatenus ad nostrum intellectum refertur, in quadruplici statu esse, *Fundamentali*; *Ideali*; *Formali*; *Universali*. singula eius breviter explicabimus 1) *Status FUNDAMENTALIS* est, quando *ens* in inferioribus suis, seu individuis hoc est, entibus particularibus, quae ceteris conceptibus *entis*, quasi fundamenti loco sunt, radicatur. h. m. hic homo, iste canis, illa Alexandri fortitudo est *ens*. 2) *Status IDEALIS* est, quando idem *ens* ab omnibus individuis s. entibus particularibus abstrahitur, atque intellectui nostro in certa idea (unde & *idealis* audit) ceu imagine sistitur. Et in hoc statu *Ens* proprium *Metaphysicae* obiectum est. Ut enim omnes res, quaecunque esse habent, sive *Deus*, sive *Angeli* sint, sive homines, sive ex conditis quaecunque aliae, aliquid habent, in quo omnes conveniunt, *ens esse* scilicet, causam sumit intellectus, cum individua omnia ob infinitam multitudinem capere non possit, id in quo omnes conveniunt abstrahere ab omnibus, atque sic *Ens esse*, quod nonnisi in hoc vel isto reperitur, e statu hoc *singularitatis* in statum *universalitatis*, mentis opera, transferre. Hoc modo nascitur conceptus *entis obiectivus*, quem supra dixi, qui ab hac *ideali*, quod ad *Ens* concernit parum differt. & quando hoc ipsum in mente, quam diu intellectus cogitat, sistitur, provenit exinde conceptus *entis formalis*, qui cum statu *entis formalis* convenit. *Status enim Entis IDEALIS FORMALIS* est, quando mens statum *entis idealem* sub nova & propria  
*idea*

*Statu Entis.*

*Fundamentalis.*

*Idealis.*

*Idealis formalis.*

*idea* (nam *idea* in statu ideali menti obiecta communis est omnibus verum ens concipientibus) *speciem intelligibilem* dicunt, *sibi repraesentat*. qui nihil aliud est, quam conceptus entis, *formalis*, quo de supra dixi. IV. *Stat9 Entis UNIVERSALIS* tandem est; quando *Ens a particularibus entibus, in quibus fundatur ita praecisum & intellectui idealiter repraesentatum consideratur sub aptitudine inessendi in multis, quibus per modos contrahentes communicari potest. ut & in parte speciali revera substantiae & accidenti communicatur.* Haec tyronibus sufficere posse existimo.

§. VIII. Cum entis quidditas ex oppositò *De Non-ente.* eius NONENTE clarior quodammodo fiat, appendicis loco, quaedam etiam de hoc ipso addimus. Ita vero vi oppositorum definimus: *Quod non habeat in se & per se essentiam realem positivam.* quibus verbis, quid sibi velint Philosophi, in explicatione *definitionis entis realis* supra dictum. Est vero NONENS aliud *absolute*, aliud *secundū quid* tale. Hoc est quod vel a) *nullam prorsus realitatem & actualitatem* habet. ut; entia in potentia, negativa; entia rationis simpliciter talia. de quibus subtiliter P. SLEVOGTIVS differit Tom. I. Disp. VI. *Disputationum Academicarum.* vel b) *aliquam realitatem aut actualitatem admittit, diminutam tamen & ente reali sic indignam.* Huc entia *per accidens & modi* pertinent. De illis quoniam supra dictum, nunc agemus de *his*. Notat autem MODVS *b.l.* *omne id, quod diminutā essendi rationem ac realitatem habet, ensque determinat reale.* seu, quod non est *ipsa entitas proprie loquendo, sed aliquid in ente.* ut unitas, veritas, dependentia. Estque MODVS I) vel *affici-*

ciens. qui subiectum, si non a parte rei, a parte saltem nostri conceptus afficit. nihilque aliud est, quam attributum aliquod seu entis in communi seu entis particularis. tales modi sunt, entis affectiones, attributa Dei, sanctitas, iustitia. 2) vel contrahens. qui conceptum communem determinat ad specialem essendi gradum. sic substantia determinat Ens ad conceptum substantiae, inhaerentia ad accidentis, sic etiam 9. posteriora praedicamenta Accidentis modi contrahentes audiunt. 3) vel simpliciter determinans. qui subiectum nec afficit, nec contrahit, sed alia quadam ratione determinat. Idque 1) vel ad ultimum subsistendi actum. qui modi hypostatice aliis audiunt. talis modus est suppositivitas, personalitas, unio substantialis hypostatice Christi. b) vel ad compositionem entis. ut unio animae & corporis c) vel ad certum statum denique ac conditionem, aut circumstantias. ut compressio manus aut dilatatio, sessio in Petro, finitas in creatura.

#### AXIOMATA.

*Impossibile est, idem simul esse  
& non esse.*

CUM Metaphysica scientia sit, ut demonstrat etiam, quod in omni scientia requiritur, necessarium est. Duplex vero datur demonstratio. una; ostensiva. ubi affectiones de subiecto demonstrantur ac ostenduntur per causam. altera; per impossibile. quando affectionis veritas, convincitur, quia alias sequeretur absurdum. Vtrâque utitur Metaphysica.



fica. *Ostensiva* quidem, quia, licet *ens ut sic*, hoc est Metaphysicum, neque *principia* admittit, neque *causas*, proprie dictas, alias enim 1) aliquid *prius* esset, aut universalius ente 2) *compositio* in ens, quia ens; adeoque & in Deum caderet, quod utrumque absurdum; nihilominus tamen *rationes* hic dantur, quae *analogiam* cum *veris* obtinent causis. sic v. g. ex Dei independentia, concludimus ad eius incorruptibilitatem, ex eius infinitate ad eius omnipraesentiam &c. haec idonea satis sunt, ex quibus ad alia colligere possumus demonstrative. tali etiam ratione a ly creatum esse ad dependens esse, ab essentiae realitate ad eius veritatem concludimus. Quo de prolixè satis SVAREZIVM vide *Disput. I. Sect. V. n. 38.* Altera *demonstratio*, qua utitur Metaphysica per impossibile est. Et huc principium hoc cognoscendi complexum (*ostensive* enim ex principiis *incomplexis* colligitur) pertinet: *impossibile est idem simul esse & non esse.* Sunt vero principia vel *particularia*. uti Medicinae principium est: contraria contrariis curantur, vel *communia ac universalia* idque vel *minus universalia*. ut; causa est prior suo effectui vel *magis universalis ac universalissima*, quale nostrum est, *impossibile est idem esse &c.* Hoc enim pro primo principio habemus & ita exponimus. *Impossibile est*, seu per nullam potentiam fieri potest, ut *idem*, hoc est, quod aliqua enuntiatione effertur, *simul* h. est eodem temporis momento, *sit ac non sit*, id est, verum sit & non verum sit. v. g. quod Deus sit & non sit, Messias venerit & non venerit, homo doctus sit & non sit doctus. *Nota* vero, quod si applicare id ipsum sine periculo velis, necessum sit, ut enuntiatio fiat

1) de

1) *de eodem subiecto*. de diversis enim verum est, simul hunc hominem pium, istum impium esse. 2) *secundum idem*, h. e. eandem subiecti partem. sic idem homo qua animā immortalis, mortalis qua corpus est  
3) *ad idem*. h. e. eodem respectu. Sic idem potest esse iustus coram hominibus, non iustus coram Deo  
4) *eodem modo*. sic Virgo non parit (naturali) & parit (super naturali modo) huc pertinet, quando dicimus propria communicari posse & non posse. Christum secundum humanam naturam omnipotentem esse, (ex gratia communicationis) & non esse (ex se)  
5) *eodem tempore*. sic eadem aqua diversis temporibus calida esse & non calida potest. Id quod etiam in Logicis ad contradictoria monemus.

*Omne quod est, quando est, necessarium est esse.*

**A**Xioma valet in sensu *composito* non *diviso*. Non enim hic eius sensus est, omne quod est, necessarium est. ubi enim alias contingentia? sed hic, omne quod est, posito, quod sit, necesse est esse. Ita peccatum, posito quod sit; necesse est esse. Quae necessitas *immutabilitatis*, ex *suppositione* audit, quae stat cum contingentia. Eodem modo dicimus: *Omne quod non est, quando non est, necesse est non esse*. Alias enim aliqua res esset, (quod supponit axioma) & non esset. (iuxta eum scilicet, qui hoc negaret) quod est contra primum ac supra datum principium.

*Non*

*Non entis nulla sunt prae-  
dicata.*

**V**Alet canon de *non ente* sive *possibili*, ut dies ex-  
tremus; sive *impossibili*. ut; Chimaera. *Prae-*  
*dicata* autem intellige 1. *interna*, sic purgatorium  
neque calidum neque frigidum, posito non esse.  
de *externis* enim aut *fictis* cum voluntas impossibi-  
lium sit, iuxta ARISTOTEL. *lib. III. Eth. c. 2.* cer-  
tum est, quod dicere possim; dies extremus cre-  
ditur a fidelibus, eclipsis praescitur a Mathematicis,  
amo parentes meos iam pridem defunctos. 2) *Af-*  
*firmativa*, ita non possum dicere chimaera sentit;  
*non negativa*. sic enim recte dico: chimaera non  
sentit. Nam de quolibet vel affirmatio vel negatio  
vera est. 3) *praedicata in tempore praesenti* seu in  
*statu* posita. Sic frustra dico: Stephanus patitur;  
non item in *praeterito* aut *futuro* seu *ampliatione*. vere  
enim dico: Stephanus passus est, dies extremus fu-  
turus est, erit terribilis &c. quae tamen distinctio  
de entibus tantum *possibilibus* valet, quae vel fue-  
runt, vel futura sunt: non de *impossibilibus*. frustra  
enim dicerem purgatorium tibi erit terribile, chi-  
maera sentiet. Ceterum quod *essentialia* praedi-  
cata hic etiam excipi debeant, cum de *leone*, licet  
nunquam futuro, dicere queam, substantia est,  
mihi quidem cum Acutissimo STAHLIO *Tit. I. Reg.*  
*4. §. 2.* persuadere non potui. iure enim plane eodem  
de isto leone dicerem; quod sit fortis, quadrupes  
&c. Hinc ex prioribus & membro 3. potius respon-  
dendum esse duxerim. Quod si tamen definiri pos-  
se;

C

se;

se; diem extremum, chimaeram aliaque non entia, quis obiecerit: id non de *nonentibus*, quatenus non-entia sunt, sed quatenus sub *specie entium realium* concipiuntur, fieri, credidero.

### *Non entis nulla est scientia.*

**C**anon hic ex antecedenti patet. si enim nonentis ne *praedicata* quidem sunt, quomodo eius dabitur *scientia*. Quo vero modo supra praedicata restrinximus, eodem & *scientia* hic erit restringenda. Excludimus enim *scientiam*; 1) si quae est, *negativam*. sic scimus Deum non esse causam peccati. 2.) *falsam*. sic scimus, quid sibi Pontificii sub purgatorio velint, 3) *Indirectam*. ita quid caecitas & claudicatio fit, ex eorum oppositis cognoscimus. Quod ad *entia in potentia* sive praeteriti; sive futuri temporis attinet; dico, quod illa sub specie entium realium adeoque praesentium cognoscamus. v. g. de die extremo, altero mundo &c. tali ratione scientia datur. Ut fuerit non adeo, quod D. DONATI *Regul. Metaph. X. §. 14.* ob hunc nodum, quem sibi fecisse est visus, canonem hunc penitus voluerit exterminatum.

### *Essentiae rerum sunt indivisibiles, sicut numeri.*

**V**aleat canon de *indivisibilitate non absoluta*, quae nullo modo dividi potest, ut punctum. Sic enim essentia v. g. hominis revera post mortem in animam & corpus dividitur, & numerus quaternarius in duos binarios; sed *secundum quid*. ut maneat  
scil.

scilicet id, quod est. homo enim sic divisus non manet homo, neque quaternarius h. m. divisus quaternarius manet. Vt divisionem *mentalem* excipiamus, quod plerique faciunt, non est opus, quippe dum *mentaliter* etiam essentias dividis, *mentaliter* eas *amittis*.

### *Essentiae rerum sunt aeternae.*

**D**istingvunt hic alii inter *esse reale*, & *esse cognitum*; qua Deus ab aeterno cognovit ac intellexit essentiam creandorum; non isto, sed hoc respectu canonem verum esse credentes. A quibus parum illi abeunt, qui dicunt, quod aliud sit *esse existentiae*; aliud *esse essentiae*, seu aliud *esse physicum* sive *Metaphysicum*, aliud *Logicum*. hoc, non illud, huc trahunt. Nobis utilitas axiomatis in eo maxime versari videtur, ut rerum essentias in *connexione* aeternas h. e. aeternae veritatis esse, atque necessario cohaerere agnoscamus. Quam inseparabilitatem & Theologi servare cupiunt. cum enim fidei essentialis, notitia sit, ne hac infantes careant, Deum eandem operari in illis asserunt, STAHLIO monente *Regg. Phil. VI. §. 7.*

### *Vnius rei una tantum est essentia.*

**L**oquitur canon de *REBUS per se unitis*, de illis enim, quae *per accidens* unitae sunt, non valet. Sic ferrum ignitum duplici essentia completa gaudet.  
2) **ESSENTIAE** hic intelliguntur, *completae*. duas enim

nim incompletas, corpoream alteram, alteram incorpoream in homine esse, quivis advertit.

*Quorum sunt eadem operationes,  
eorum eadem est essentia.*

**L**oquitur canon de operationibus tam specificis quam genericis. HAE enim essentiarum genericarum identitatem inferunt. v. g. sentire essentiae animalis est, ergo & canis & piscis, si sentiunt, erunt animalia, h. e. eandem essentiam habebunt genericam. ISTEAE specificarum. sic rationale esse cum essentiae specificae i. e. humanae sit, & vir & mulier eiusdem erunt essentiae specificae. quia uterque ratiocinatur. Objicis cum TIMPLERO *lib. I. Metaph. c. 3. Quaest. 4.* Ergo unius rei plures sunt essentiae, quod est contra canonem praecedentem. At facilis est responsio: ibi de essentia reali non rationali sermonem esse. Id quod & Jac. MARTINI explofit *lib. I. Metaph. Sect. 2. L. 15.*

*Quicquid est, per suam formam  
est.*

**F**ormam intellige non *Physicam* Peripateticorum, quam plura entia v. g. spiritus, non habent; sed *Metaphysicam*, quae essentiae synonymum Grammaticum est, quo de  
supra.



DD A 6307

ULB Halle 3  
002 937 14X



88

V. 17

Rehov






Handwritten text on a small label near the spine, possibly including the word 'Kopie'.







B.I.G.

Farbkarte #13

~~107.~~ ~~81~~ 30.

DISPVAT. III. METAPH.

De

# ENTE

*Rectore Magnificentissimo*

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DN. FRIDERICO VVILHELMO  
ELECTORAT. BRAND. HEREDE  
&c. &c. &c.

ventilabunt  
PRAESES

**M. IO. PETR. LVDOVICVS,**  
HALENSIS SVEVUS  
C. P. CAES. ET PHIL. ADJVNCT.

*ET RESPONDENS*

**IOHANNES VOGEL,**  
WALDENBURGENSIS MISN.

Ad d. ix. Mart. c10 10 vcc. Horis postmeridian.  
i. ad iv.



HALAE MAGDEBURGICAE, TYPIS OELSCHLEGELIANIS.

